UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

* Embolum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65166

Visual Library

culmen, etiam venturo in ſæculo infinita gaudia cum ſanctis & electis ſuis vobis concedat, quatenus ſicut in præſenti vita, & in futura beatitudine adepti promiſſam vobis mercedis coronam, cum Chriſto regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Embolum.

*Vide epiſtol. 6.

Pro veræ benedictionis cauſa, direximus vobis Apallateam vnam ſpatam ligatam in gemmis cum balteo ſuo, annulum vnum, habentem * Iſacinthum, ſtoracinum pallium vnum, habentem Paones, quam paruã benedictionem petimus, vt, excepta iniuria, ſuſcipere iubeatis. Domino Carolo & Carlomanno pro magna Apoſtolica benedictione annulos ſingulos habentes * yacinthos.

* Hyacinthum.

* hyacinthos.

Item exemplar Epiſtolæ eiuſdem Papæ ad Domnum Pippinum regem directa pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & pro monaſterio, quod ei conceſſit prope montem Serapten ſitum gratias magnas referendo.

XVI.

DOMNO excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa. Dum diuinas ſcripturarũ hiſtorias, in noſtro memoriali reuoluimus, & diuerſorum Dei electorum merita perpendimus, & veſtræ diuinæ inſpirationis ſtudia, in noſtræ mentis intuitu conferentes: nouum te * gentes Moyſen in his diebus refulſiſſe, præcellentiſſime fili & ſpirita-

Summ. 2 ſi apud Bar. & Cent.

* gentibus